

greditur conclusionem, contra regulam:
Lex generalis erit medium concludere nescit.

Eodem modo si interrogatus, sintne li-
bri Mosis & Maccabaeorum Canonici? re-
spondeas simpliciter, ita Sophista inferet:
Ergo libri Maccabaeorum sunt Canonici. Si
dixeris: non, inferet: *E. libri Mosis non sunt*
Canonici. Dupli ergò responsione uten-
dum, & dicendum: *Libri Mosis Canonici*
sunt, Maccabaeorum non sunt. Sic si quæsi-
tum fuerit: *Sobrietas & ebrietas suntne bo-*
nūm & malū, distinctè respondendum:
Sobrietas bonū & ebrietas malū.

Sic si interrogaretur: *An Alexander M.*
Cyrus, Hannibal & Julius Cæsar fuerint for-
tes Reges? Plures sunt hic interrogatio-
nes: *Qvia Hannibal & Julius Cæsar non*
*fuerunt Reges, etiamsi strenui duces fue-
runt.*

Sic ἀληθεία hoc laborat Sophisma:
Qui cum Deo & in Deo in vitâ eternâ vi-
vunt, illi in speculo Trinitatis (hoc spe-
culum à Pontificiis confictum est,) omnia vident:

Sancti